



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Manvale Sodalitatis B. Mariae Virginis. siue Exercitivm  
Spiritvale Christianae Pietatis**

**Véron, François**

**Coloniae Agrippinae, 1505 [i. e. 1605]**

11. De caritate infirmis exhibenda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46577](#)

immortalitate, de gloria æterna promissa bonis, & æterna gehenna præparata malis; Item de reali præsentia Christi I E s v in Eucharistia, & alijs id genus ad fidem, & salutem necessarijs. Secundum verò declarādis Decalogi, & Ecclesiæ præceptis, Sacramentorum Pœnitentiæ, & Eucharistiæ necessitate, vsu, & fructu; operibus Iustitiae Christianæ, quatuor Nouissimis, &c Ad *Quomodo* hæc autem alacrius obeunda, in memoriâ peccantes reuocanda est primum dignitas animarū. *corrigenda*

2. Christi I E s v. vita & labores & mors pro earum salute suscepta. 3. Gloriæ magnitudo proposita ijs, qui hæc caritatis officia proximis detulerint. Qui docti fuerint (ait Daniel) fulgebunt quasi splendor firmamēti; & qui ad Iustitiam erudiūt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.

## PARS XI.

*Quæ caritas & sibi, & alijs infirmis  
Christianè exercenda sit.*

**N**VLLA maior exercendæ caritatis vel sibi, vel alijs imposta est Christiano homini necessitas, quæm in graui ali qua infirmitate corporis, vt animæ benè & mature consulatur.

Q

Prima

**1. CURA CIR-** Prima ergo cura versari debet circa a-  
nimæ statum, vt scilicet ægrotus toto cor-  
de se conuertat ad Deum, agnoscaturque im-  
missum morbum, tanquam salutare quod-  
dam pharmacū contra peccata omnia pre-  
teritæ vitæ, tanquam symbolum aliquod  
mortis aliquando subeundæ, signū fragili-  
tatis humanæ, &c. propterea patienter & li-  
benter tanquam donum Dei, non sine gra-  
tiarum actione accipiendum. Habeat ergo  
ægrotus curam magnam instituendæ inte-  
græ confessionis: cogitet num facienda a-  
liqua vel famæ, vel pecuniarum, vel aliarū  
rerum restitutio; num reconciliandus sit  
abs se læsis, & id genus alia ad salutem per-  
tinentia expendat. Quibus peractis dignè  
peractis præparet se ad dignè sumendū ve-  
nerabile Sacramentum cum summa humi-  
litate, fide, spe, & dilectione.

**2. EST BONO-** Secunda cura est; vt si ingrauescit mor-  
bus, & periculum aliquod vitæ deserenda  
immineat, currentur mature ea quæ ad cor-  
poris & bonorum dispositionem spectant;  
hæc enim omnia ad salutem, & quietem ani-  
mæ faciunt. Itaq; (si coniugatus sit) uxori,  
liberis, consanguineis, & ijs. quorum cura  
suscepit, familiæq; suæ prouideat, eaq; ex-  
pediat quæ ad officium suum, vel admini-  
strationem pertinent. Deinde cogitet quæ  
ad sepulturam, vel exequias spectent, vt ea  
omnia

omnia absq; pompa ad decentem modera-  
tionem reuocetur. Tum verò de bonis di-  
sponat (si antè nō fecerit) per iustū & pium  
testamentum. Si præter bona, quæ credito-  
ribus (quibus primùm satisfieri debet) & hę  
redibus debentur, suppetat facultas ad fa-  
ciendum aliqua pia legata, non desit infir-  
mus officio suo, quandoquidem ea confe-  
rant ad maiorem satisfactionem pro poe-  
nis, & maius meritum beati uдинis; si mo-  
dò referantur ad bonum finē, ad Dei glo-  
riam, & proximorū salutem, non in aliquā  
vanam sui memoriam. Ea porrò legata in  
primis ægroto cordi sint, quæ sunt maio-  
ris caritatis, quæq; ad proximos iuuandos  
videntur magis opportuna. Videlicet

Quæ spectant ad animarum in purgatorio  
subuentiōnem;

Vel, ad religiosorum paupertatem patien-  
tium subsidium;

Vel, ad pauperum, qui honestè mendicare  
non possunt, auxilium.

Vel, ad studiosorum egentium leuandam  
penuriam;

Vel, ad captiuorum redemptionem;

Vel, ad pauperum puellarum dotatio-  
nem;

Vel, ad orphanorum, viduarumq; susten-  
tationem;

Vel, ad pauperum propter debita carceri-  
bus

bus inclusorum liberationem.  
Vel denique, ad hospitalium, aliorumque  
piorum locorum, aut operum subleua-  
tionem spectant.

*3. Cura est  
de Sacr. ex-  
cratione Vn-  
ctionis.*

3. Adhæc curandum seriò & diligenter, ut  
sacræ Vnctionis sacramento muniatur in-  
firmus, idque mature fiat, priusquam in-  
dolitum, vel sensuum hebetudinem in-  
cidat.

*4. Iuuādus  
infirmus in  
ijs quæ per-  
sinent ad  
exercitatio-  
nem fidei.*

4. Præterea debet præ ceteris iuuari egro-  
tus in his, quæ pertinēt ad exercitationem  
fidei, spei, caritatis, virtutisque patientiæ.  
Subinde ergo erit illi recitandum Symbo-  
lum, repetendaque fidei suæ protestatio.  
Excitandus etiam erit in spem maximam  
diuinæ misericordiæ. Sed & inflammādus  
ad caritatem, vt Deum super omnia amet,  
illi se se totum donet, & permittat, suamq;  
omnem voluntatem cum diuina confor-  
met, corpus & animam in manus eius re-  
signet, &c. Et quicquid est in morbo dolo-  
ris, vel pœnarum, generosè, fortiter, & pa-  
tienter sustineat: nihil per impatientiam  
dicat, aut faciat, ne meriti patientiæ, quod  
est maximum, perdat; sed potius cum gra-  
tiarum actione dolores omnes, tanquam  
flagellum quoddam paternum excipiat,  
ad præteritarum culparum satisfactionē,  
maioremque gloriæ suæ coronam. Nec o-  
mittat virtutem obedientiæ exercere; in

qua,

qua, & cum qua, inclinato capite, Christus  
mortuus est, cum erga medicos corpora-  
les, & eos, qui illi adsunt, iuuant, & curant;  
tum erga spirituales medicos, quorum di-  
cto in omnibus auscultet.

5. Sed & ægrotus frequenter oculos suos 5 Debet &  
in effigiem Christi crucifixi, quæ semper grotus crucis  
illi debet esse proposita, conuertat; ab eo crucifixi Iesu  
patientiae, & ceterarum virtutum perseue- semper esse  
rantiam imploret, felicemq; egressum ex memori.  
hoc modo merito passionis eius impetrat.  
Inuocet etiam crebro B. Virg. in auxilium,  
recitando sæpè versiculum; Maria mater  
gratiæ, &c. Inuocet quoque S. Michaëlem  
Archangelum, Angelum custodem, San-  
ctum suum Patronum, & alios, in quibus  
habere deuotionem est solitus, & demum  
SS. omnes, ut intercedant pro eo, cumq;ne  
adiuuent suis suffragijs, & meritis. Habeat  
& aquam lustralem, qua adspergatur, &  
cætera precum adminicula, quibus exci-  
tetur.

Agonizantem iuuant in primis ora- 6 Quæ agit  
tio Sacerdotis. 2. orationes aliorum præ- nizantem  
sentium. 3. eleemosynæ, vota, ieiunia, af- iuuens.  
flictiones corporis, piæ aliæ actiones, &  
Missarum præcipiæ sacrificia, quibus om-  
nibus petatur, ut Dominus infirmo sit  
propitius; & vel ei restituere dignetur sani-  
tatem; si ad melius seruendum ei expedit;

Q. 3      vel

vel si ex hoc seculo transferre in aliud vollet, ipsum bene disponat ad æternæ fœlicitatis consecutionem. 4. Aqua benedicta, cereus sacer, imago crucifixi. 5. commendatio animæ secundum communē Ecclesiæ ritū. 6. Remotio ab agonizatis asperitu eorū omnium, qui bonam eius præparationē ad moriendum impedire possunt ut esse solēt perspè filij, & vxor, qui potius humanos affectus quam spirituales prouocarent: secus, si essent spirituales, & ad iuuandum infirmum idonei crederētur. Sed & tempore morbi, non debet permitti, ut amici, confanguinei, & affines cum infirmo de rebus huius mundi agant, quando potissimum testamentum, voluntatemq; suam ultimam constituit, & declarauit.

## PARS XII.

*Orationes quas dicere infirmi, & qua  
pro illis etiam ab alijs reci-  
tari possunt.*

*Oratio e-  
groti ad re-  
parationem  
vitæ ante-  
cta.*

D Omine Iesu Christe, reparator meus  
des tu, instaura ergo quælo, quæ ego  
destruxi in meipso, abutendo donis  
tuis ingratissimè contra te; & in proximis  
malo exemplo, verbis, & actionibus meis  
ipsum offendens. Repara quælo detrimen-  
ta vitæ meæ, quam heu nimis inutiliter,  
& ma-